censuerunt l[ite]ras magistrorum mitten-
das esse ad Pastorem Lubicensem,
& ad illustriss. principem nostrum
Electorem: atque ~~[illegible]~~ ab iis fla-
gitandum, ut aut Aretius aut
professor Graecus huc mittatur.
Ego vero meam sententiam dixi in
senatu libere, mihique magnum
odium conciliavi. Ostendi n. esse
opus ad instaurandam scholam, viris
praestantibus, qui excellenti & ingenio
& doctrina praediti, magnum scribendi
usum habeant, ut illustrare Acade-
miam scriptis queant. Nostros
vero magistros, in scribendo non
esse exercitatos, idque ex ipsorum l[it]e-
ris, quibus supplicaverunt, ostendi.
in quibus nulla apta rerum aut verbo-
rum collocatio est. Et pleraque non
sunt ~~[illegible]~~ latina. ut Notam amo-
liri, & alia huiusmodi verborum
portenta, quibus ~~[illegible]~~ in iis l[ite]ris
utuntur. Notas n. per maculas
~~[illegible]~~ eluimus
aut ~~[illegible]~~ delemus, non amolimur
quia, amoliri dicitur de molibus.
quae magna vi ac difficultate amo-